



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

32. An facta commutatione pœnitentiæ, possit pœnitens eligere, quam maluerit? Et quid, si pœnitens iterum confiteatur eadem peccata, super quibus pœnitentia injuncta fuit, & de novo illi pœnitentia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

De Satisfact. Sacramentali. Ref. XXXII. 329

las : però no tiene obligacion debaxo de pecado grande mandarlo así ; porque semejantes penitencias no son simbolicas necessarias para remedio del penitente , y puede el penitente con medios mas suaves , y aun con venir con cuidado apartarse de sus culpas , y pecados , aunque ayan sido de costumbre ; y basarla , que el diga , que con el favor de Dios , ha de procurar la emienda , y cumplir la penitencia , que le diere el confessor. Ita ille.

9. Sed hæc opinio mihi non placet , & id est Ioannes Pontius in curs. Thol. disp. 46. q. 14. conclus. 5. m. 173. rectè ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 8. & multis rationibus firmat , confessarium teneri impoñer penitentiam non solum vindicativam , sed etiam preservatiuum iuxta conditionem personæ , & qualitatem culpæ.

10. Hinc oritur dubium curiosum , an confessarius possit iniungere penitentis , ut matrimonium contrahat ? & negatiè responderet Fagundez p. 2. l. 9. c. 5. n. 4. & Layman tratt. 6. cap. 15. sed Leander de Sacr. tom. 1. tratt. 5. disp. 9. quest. 36. ex Navarro , & alii affirmatiū sententia docet , in casu quo confessori constiterit esse penitenti remedium ut ipse non ruat in peccata carnis ; ratio est , tum quia ex Apostolo , melius est nubere , quam vivi. Tum etiam , quia suscepit huius Sacramenti non est ita ardua , aut onerosa , quæ non possit sub penitentia aliqua iniungiri.

11. Nota hic obiter , Pasqualigum in Theol. t. 2. p. 2. Ref. d. 36. sect. 8. n. 38 cum aliis , probabiliter docere , penitentiam non posse commutari nisi repetatur comunis & in fessis peccatorum , pro quibus fuit iniuncta , non est illud. At tamen necesse quod perfectè repetatur , sed sufficit si aliquippe in confuso. Sed ego sententiam affirmatiū puto absurdam , etiam probabilem esse , quam tuerit etiam nouissime me citato Remigius in præl. confess. t. 5. d. 5. §. 18. ratione ad n. 9. vbi ita assertit . Es también opinion muy probable que el confessor puede comunitar la penitencia , en la que impuso oro ; aunque no se repitan los pecados , multo mas , y ayas sido resueltos , y aunque sea la penitencia talibane , de las que llaman preservatinas y medicinales , con tal que se comite en ora preservativa , y concorra en alguna causa , como quando el penitente no la cumpliera plenamente , y cree el confessor que difunctionalmente cum laq. & plena la primera ; o es contra la salud , condicion , o en su caso estado ; Quia presumuntur hanc esse superioris intentionem .

12. Con todo esto parece dificultoso de entender , que se pueda comunitar la penitencia medicinal en una en ora , sin que minuciosamente el penitente se confesse sus pecados , porque la medicinal no se ha de poner igualmente por todos los pecados , sed ratione surata , y remedio se destina contra la torpeza , y otra se ordena à la ira , &c. y consecutivamente parece necesario saber los pecados para hacer la communication de una preservativa penitencia en ora ? pero inigo que diciendo el penitente la causa porque le dieron la penitencia preservativa , podrá el Confessor comunitar la en ora .

13. Nota etiam quod penitens potest recitare non flexis genibus , si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicantur est quid accidentale , & modus tantum penitentiae , quod deficiente implementa substantia manet ; quia præceptum confessoris intelligendum est instar præcepti Ecclesiastici. Item potest recitare cum socio dicere quilibet suam salutationem Angelicam , qui ex penitentia ad Rosarium , vel coronam Virginis recitandam obligationem habet. Quia interpretari possumus voluntatem confessarii esse ut huiusmodi penitum , & penitentia eo more , quo Officium diuinum persoluitur , adimplatur.

Tom. I.

14. Et ita docet Leander de Sacram. to. 1. tr. 5. disp. * Sup. hoc le 9. quest. 69. & 70. sed difficultas est * an penitens si ge doctrinam impotens sit ad recitandum Officium , Psalmos , aut Coronam , &c. solus , teneatur hæc cum socio recipere ; Et negatiè responderet Leander loco citato q. 71. etiam si penitens locum facillimè inuenire queat.

Quia probabiliter est Clericum non teneri ad recitandum Officium cum socio (etiam si illi , aliquis in socium se offerat) si impotens est ad recitandum folius ; ergo neque penitens impotens ad implendam penitentiam per se solum , tenebitur ad eam execuendam locum socium querere .

R E S O L . XXXII.

An facta commutatione penitentiae , possit penitens ad gere , quam maluerit ?

Et quid , si penitens iterum confiteatur eadem peccata , super quibus penitentia iniuncta fuit , & de novo illi penitentia imponitur , tacita prima , an teneatur , secunda penitentia non obstante , adimplere primam non renocatur ?

Et an Confessorius in alia confessione , etiam non iterata confessione , possit commutare penitentiam ?

Et an idem Confessorius possit , non audita confessione mutare penitentiam , si penitens intra hebdomadam redeat ?

Etiamque queritur , vtrum Confessorius possit imponere penitentiam grauem sub onere tantum peccati venialis ?

Et an penitens , si ex negligencia non adimpleret penitentiam tempore determinato à Confessario , peccat tantum venialiter ? Ex part. 1. tr. 8. & Mise. 8. Ref. 55.

§. 1. Negariè responderet Cardinalis Lugo de Sacram. penit. disp. 2. 5. sect. 6. n. 10. vbi sic ait ; Petes an ad tollendam obligationem prioris penitentiae , requiri quod Confessorius velit eam commutare , & tollere ; an sufficiat audiire eadem peccata , & imponere penitentiam pro illis , absque eod quod sciat , impositam fuisse aliam penitentiam pro eisdem , ad hoc vt penitens possit accipere hanc secundam penitentiam , & relinquere priorem ? Aliqui enim idem probant nostram conclusionem , quia , nimisrum penitens potest iterum in iudicium adducere illa peccata , ac si nunquam fuisse adducta , & adhaerere sententie posteriori. Existimo tamen hoc non sufficere , sed requiri reuocationem seu commutationem prioris sententiae , nam si hoc efficeret , possit etiam penitens relicta posteriori penitentia adhaerere priori , quæ nondum revocata est per secundam : cum ergo præceptum prioris Confessarii validum fuerit , manebit in suo labore , nisi in eodem tribunali revocetur , ad quod oportet manifestari secundo Confessario , & quod ipse habeat eam intentionem. Imò hoc etiam credo verum , licet secunda confessio fieret cum eodem primo Confessario : hic enim si non recordaretur prioris confessionis , & penitentiae , non haberet intentionem eam revocandi , neque auferret obligationem ex illa relicta propter eandem rationem. Ita Lugo.

2. Sed ego affirmatiū sententiae adhaereo cum Doctoribus , quos citat , & sequitur Leander de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 9. q. 10. 3. quibus ego addo Dicastilum de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 14. dub. 8. num. 1. 31. in tom. 2. tr. 3. vbi sic assertit : * Semel autem facta mutatione penitentiae liberum est penitenti eligere penitentiam , legi eam per quam voluerit sive primam , sive secundam , interdum & viam quam mutata est , quia commutatio fit in favorem & §§ eius de etiam Ref.

Ecc 3 penitentia amicationis.

pénitentis, qui potest cedere iuri suo. Ita Suarius erat, disp. 38. s. 10. num. 7. Reginald. l. 1. num. 8. 9. Lessius, & alij, quos in simili referam agens de voti commutatione. Ita ille,

3. Qui etiam antea n. 130. nominatum contra me duas opiniones impingnat, sic enim ait: Illud non admitto, quod ibi habet Diana, posse mutare in alia confessione, etiam non iterata priori confessione: si enim Sacerdos, ut iudex, & iudicat alterius debet iudicare; debet nosse ea, de quibus iudicat, vt det pro illis aliam pénitentiam prudentem; id autem non potest, ut iudex facere, nisi exponatur illi materia de qua iudicat, quod autem fiat in confessione aliorum peccatorum, nihil refert perinde, ac si aliquis iudex, quando iudicat de una causa, aut delicto aliquis rei, vellet iudicare de alia causa, aut facto eiusdem rei, quod non nouit, nec de se defertur. Item non admitto quod eod, tract. 1. s. 1. & 2. §. & ideo in fine, ait, posse, cumdem Confessarium non audita confessione mutare si intra hebdomadam redeat, quia iam non censetur moraliter durare prior confessio. Satis est quod possit incontinenti. Hucque Dicastillus.

Sed ego non recedo a supradictis opinionibus ab ipso impugnatis, sunt enim satis probables, vt videtur esse apud Doctores quos citat me citato, & sequitur Leand. vbi supra de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 9. 9. 100. & 101. quibus addo Ioannem de Soria Epilogum sum. p. 2. tr. 1. s. 1. & 2. §. de satisfactione.

Sup. hoc in 4. Sed hic obiter quero, an Confessarius possit tom. 7. tr. 1. imponere pénitentiam gravem sub onere tantum Ref. 131. §. peccati venialis? Suarez. tom. 4. dis. 38. s. 7. Hinc ad modum, num. 4. putat, probabilem esse sententiam Medinae, afferentem pénitentem non peccare mortaliter omittendo gravem pénitentiam, si Confessarius declarat se imponere illam sub obligatione tantum peccati venialis. Sed haec sententia displaceat Dicastillo vbi supra dub. 2. num. 3. docet enim, esse quidem sibi in potestate praeceptis, grauis leuissime materia praeceptum ferre. Si autem res praecepta ex se gravis, aut leuis sit, & legem, aut praeceptum superior ferat, quæ verè lex sit, aut praeceptum non est in potestate ipsius, quod lex, aut praeceptum de materia leui obligat sub culpa gravis, vel de materia gravis, sub culpa leui.

5. Aliqui hoc probant, eo quod Confessarius imponens pénitentiam, etiam non imponat nomine Iu, sed nomine Dei, atque adeo non potest suam actionem pro suo arbitrio temperare; sed necessarij agere prout postulat institutio Sacramenti. Hæc (inquam) ratio mihi non placet, quia quamvis Sacerdos nomine Dei præcipiat, nisi alia ratio obstante, possit suam actionem solum ad obligationem veniam extendere, & non ad aliam, sicut enim (sive peccet, sive non peccet) potest absolute nullam imponere obligationem, aut imponere obligationem in leui materia, quantumvis, si dictamen rationis, & institutionem Sacramenti, Christique voluntatem sequeretur, deberet imponere gravem; ita similiter, quamvis propter eandem rationem deberet imponere obligationem sub mortali, posset saltu valide illam non imponere. Nec satis appetit disparitas, cur quamvis exercet iudicium nomine Christi, possit valide ad nullam, vel ad leuem tantum pénitentiam obligare & non possit etiam leuem obligationem inducere, quamvis nomine Christi iudicet, alias posset ipsa materia gravis admittere ex vero præcepto obligationem leuem. Itaque ideo non potest verum imponere præceptum circa materiam gravem sub obligatione leui, quia obligatione gravis, aut leuis non pro voluntate præceptis, sed ex natura rei, id est materia præceptæ, resultat gravis, aut leuis. Vnde nec ipse Deus id posset facere, inuolu-

vit enim contradictionem; nam sicut inuoluuit contradictionem esse propriè loquendo præceptum, aut legem, & non inducere obligationem: ita propriè loquendo contradictionem inuoluuit esse legem, aut præceptum graue (id est de materia gravi præcepta ex qua grauitas præcepti sumenda est) & non regulare obligationem grauem, nam (ut ait Philo-
sophi) sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita ma-
gis, ad magis.

6. Verum his non obstantibus ego puto cum Sua-
rez opinionem Medina esse probabilem. Nota pre-
ter Thomam à Iesu à me * alibi adductum, nouissi-
mè Ioannem de Soria in epilogo summorum part. 2.
tract. 1. s. 1. & 2. §. de satisfactione fol. 100. doce-
re, pénitentem, si ex negligentiā non adimpler pénitentiam tempore determinato à Confessario j. pec-
care tantum venialiter; Verum hanc sententiam re-
probat Dicastillus vbi supra n. 60. dub. 4. in quo ne
explicat quo tempore teneatur pénitentis imple-
re pénitentiam, & ideo in casibus occurrentibus
lege illum.

RESOL. XXXIII.

An pénitentia imposta à Confessario, quando adim-
pletur, debeat referri ad Confessionem, v.g. si quis
habuit pénitentiam à Confessario audiendi Missam
quotidie per spatum viiiii mensis, vel anni, sed di-
quando audiuit Missam immenior dicta pénitentia,
queritur, an satisfaciat præcepto pénitentie immi-
cta, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, ut pos-
sit prodeesse ex opere operato?

Ei quid, si in instantium opus in pénitentia pénitentis exti-
cutioni mandaret cum intentione expressa illam non
implendis an tunc quidem satisfaciat præcepto Con-
fessarii, sed tamen non habeat rationem paris Sacra-
menti, & per consequens non remittat pénitentem
opere operato?

Ei an pénitens possit propria autoritate commun-
icant pénitentiam à Confessario imposta in opus emittat
melius, sicut votum? Ex part. 10. tr. 16. & Mil. 6.
Ref. 26. alijs 25.

§. 1. P Onamus exemplum, Petrus v. g. habuit
pénitentiam audiendi Sacrum quotidie per
spatum viiiii mensis, aliquando audiuit Missam im-
memor pénitentia à Confessario imposta, queri-
tur, an satisficerit præcepto pénitentia iniuncta,
& satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, ut possit
prodeesse ex opere operato? Quidam primum affi-
dicatur responderet Merellat. tom. 2. dis. 4. cap. 3. dub.
31. num. 360. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 1;
n. 9. & 10. & alij. Quidam secundum negatius re-
spondet nouissime doctissimum Pater Sforza Pallau-
cius in Affer. Theol. lib. 7. cap. 27. num. 280. vbi
sic ait: Putamus etiam, satisfactio imposta
à Confessario ita explendam esse à pénitente, ut
ad Sacramentum referatur, alioquin neque erit pars
Sacramenti, nec proinde implementum sufficiens.
Quamvis enim implementum præcepti in genere
non possit referri ad ipsum præceptum, ideo hoc
evenit, quia præcipiens, nihil aliud dicit, nisi miti
displacebis, nisi hoc feceris: Quare ad vitandum
displacentiam præcipiens, sufficit, id fecisse quo-
modocumque: Inò in aliquibus materiis sufficit,
id fecisse ante præceptum, & per actum malum
(qua tamē non conceduntur ab aduersariis in im-
plemento pénitentia sacramentalis) de qua re latè
in libell. de iust. à num. 91. & que ad 97. At in prelen-
ti materia præceptum Confessarii inunter-
tis opus, habemus præceptum Dei, referendi illud
opus